~~742~~ 774

Tarnowski Ostrowskiego Quietat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis Contributis Castrensis Capitaneatus Premysliensis Generosus Joannes Tarnowski Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibuscunque proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Jurisdictioni Castrensi Capitaneatus Premysliensis quoad Actum hunc attinet secum Successoribus bonisque suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosus Christophorus de Ostrow Ostrowski eiusque posteros de Inscriptionibus binis Castrensibus Premysliensibus Prima quidem super summam Mille Ducentorum florenorum polonicorum modo simplicis debiti inscripta Altera itidem Castrensi Premysliensi Adscriptitia super summam Octingentorum florenorum polonicorum ad summam praefatam Mille Ducentorum florenorum polonicorum adscripta et simul iuncta ita ut efficiat summam Duorum Millium florenorum polonicorum de ea itaque summa simul iuncta Duorum Millium florenorum polonicorum quietat emittit liberumque et absolutum perpetuo pronunciat Inscriptiones praefatas utrasque in toto et totas Cassat mortificat et annihilat Recognoscens summarum suprascriptarum praestitam esse persolutionem Haec sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Iidem mutuo sese Quietant.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis Contributis Castrensis Capitaneatus Premysliensis Generosi Christophorus de Ostrow Ostrowski ab una et Joannes Tarnowski parte ab altera Sanis mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibuscunque proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Jurisdictioni Castrensi Capitaneatus Premysliensis quoad Actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet eorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sese mutuo et invicem suosque posteros

de Intercessa

775 ~~1113~~

de Intercisa certa in leo Le Rgntes ratione Certarum rerum et Conditionum in eadem contentarum de Actis et data illius Premysliae Feria Sexta post Festa Solennia Sacri Pentecosten Anno proxime praeterito Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo conscripta manibus Recognoscentium subscripta et Actis praesentibus Castrensibus Premysliensibus sub Vadio Mille Ducentorum florenorum polonicalium Roborata quietant emittunt liberosque et absolutos perpetuo pronunciant. Intercisam praefatam cum eius Roboratione in toto cassant mortificant et annihilant Recognoscentes sibi promissorum ratione ab utrinque praestitam satisfactionem.

Actum in Castro Premyslien Feria Secunda ante Festum Sanctae Agnethis Virginis et Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Secundo

15/I 1652

Korytko Zielonce Adscribit Obligat et Statuet

Compareat personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanei Premysliensis Generosus Franciscus de Bohorce Korytko Capitaneus Visnensis Sanus mente et corpore existens a Terris Distinctis Juribus Jurisdictionibusque suis quibuscumque proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Premysliensi quoad Actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis gli omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac pro expressum recognovit Quia ipse Generosus Paulo Zielonka et Hedwigo Chotecka Coniugibus et ipsorum posteris Summam Duorum Millium florenorum polonicalium certi veri iusti et liquidi debiti mutuatae quae per Le Rgntem apud ipsum pecuniae quemlibet florenum grossis triginta polonicalium

computando